



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Monasterium S. Claudij, ad muros vrbis Legionensis, & alia in Hispania.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

Monasterium S. Claudij, ad muros vrbs Legionensis, & alia in Hispania.

HOc monasterium fundatum est in honorem SS. martyrum Claudij, Lupercij & Victoricij, quorum corpora ibidem adseruantur. Putatur autem fundatum temporibus Sancti Benedicti, iuxta traditionem à maioribus acceptam. Huius monasterij quondam Abbas fuit Sanctus *Vincentius* martyr, cuius sacrum corpus adseruatur in basilica cathedrali Ouetensi, arcæ argenteæ inclusum. In eodem monasterio, ob loci sanctitatem, olim vixit S. *Leander* Archiepiscopus Hispalensis. Fuit hoc monasterium olim Congregationis Cluniacensis, nunc autem Vallisoletanæ, ab anno Christi 1500. Ita Sandouallius in prima parte Foundationu in monasteriorum benedictinorum.

Est & illustre monasterium de Ona dictum, haud procul situm à Medina del Pumar de miranda, per *Sanctium* Castiliæ Comitem anno 1010. fundatum, ad expiandum parricidium matri à se illatum. Prima huius loci Abbatisa fuit *Tingidia* Sanctij fundatoris filia. Fuit enim hoc cœnobium primò monialium, sed hodie est monachorum benedictinorum.

In regno Nauarræ in d. Pompelonensi

est Abbatia S. Saluatoris *de Leyra*, fundata per Regem *Inicum Ximouium Ariftam*, anno 840.

Est illustris pariter Abbatia in Nauarræ opido *Naiara*, quæ vulgò dicitur, *El Real de Naiara*, in qua 37. Reges sepulti sunt.

Sunt infuper in Hispaniarum regnis alia multa coenobia Abbatiali titulo clara, vt *Cella noua* in d. *Auriensi*, in regno *Galicix*, fundata per *Rofefuindum* Archiepiscopum *Compostellanum*. In eodem coenobio quiescit corpus S. *Torquati* Episcopi *Gaditani*.

Abbatia S. *Stephani*, dicta, *in Riba de Sil*, quòd ad fluuium nominis eiusdem sita fit in regno *Galicix*.

Abbatia S. *Ioannis de la Penna*, in confini- bus *Aragonix* & *Nauarræ*.

Abbatia S. *Martini*, in vrbe *Mantua Carpetanorum*, seu *Madrito*.

Abbatia S. *Petri de Arlanca*, ad fl. de *Arlanca*, fundata per Comitem *Fernandum Gonzales* *Castellæ* Administratorem, eodem in monasterio sepultum.

Abbatia S. *Dominici de Silos*, in d. *Calaguritana*, quæ nomen ab eodem Sancto habet.

Abbatia de *Hipoll*, in Principatu *Catalaunix*, tumulis antiquorum Comitum *Barcino- nensium* insignis.

Abbatia, vulgò *El Real de yrache*, in vrbe *Stella*, in regno *Nauarræ*.

Abbatia nostræ *Dominæ*, *Sopetram* dicta, prope opidum *Hita*, ad fl. *Henares*.

Abba-

Abbatia s. Victoriani, in d. Oscensi, in regno Aragoniæ.

Abbatia s. Cucuphæ, vulgo de s. Colgato-
ctauo lapide ab vrbe Barcinonensi, ab eius-
dem prouinciæ Comitibus fundata.

Abbatia s. Petri de Roda, in Ampurijs ad
mare sita.

Abbatia s. Martini in vrbe Compostella-
na, quæ vulgo s. Iacobi dicitur in regno Gali-
ciæ.

CAPVT IV.

*S. Matthiæ cœnobium, apud Treueros, in
Germania.*

S Matthiæ præpotens ac magnificentum ho-
die extra muros Treuerenses cœnobi-
um, reformationis Bursfeldensis, dictum est
antiquitus *S. Eucharij Cella*, à *S. Eucharjo* pri-
mo Treuerorum Doctore & Episcopo, qui ex
septuaginta duobus discipulis vnus, à s. Petro
cum alijs duobus *Materno & Valerio* Treue-
rim missus dicitur. Cumque ibi concionatus,
ad Christum Treueros duceret, Albanæ fena-
tricius cuiusdam filium defunctum à mortuis
resuscitauit; pro quo beneficio, cum dedisset
femina domum suam sancto Dei viro; ipse-
met ex illa domo priuata, publicum eorum,
qui iam Christo inserti erant, templum fecit.
In hac domo & in hoc ipso tēplo *s. Eucharjus*
habitauit: in hac domo mortuus, mox ab au-